

Joan. 8. Beda.

Rupert.

547. Richard. Aretas. Palm. Corn.

548.

Exod. 33.

Nulla familiaritas Dei, sed sola eius visio facit nostrum appetitum.

Christum dare se ipsum alicui in patria. Et hoc est quod promittitur Joan. 8 n. 12. Habeti. in men. vita & Joan. 4 n. 12. Et manifestabo ei me ipsum. Ita Beda, Christus ait, est stella matutina. quia transacta nocte seculi, lumen vite sanctis promittit, & pandit eternum. Rupertus, Pro labore, quo Episcopus in hac vita quasi nocte laborat, per vigiliam in animarum sibi commissarum curam, per vigiliam in animarum sibi commissarum curam, manifestabo ei me ipsum, qui sum stella splendida, & matutina. Ita Peter. Vicgas, Ribei- ra, & alii.

Dicitur etiam potest cum Richardo Victorino, Areta. Primasio, ac Cornelio per hanc stellam matutinam denotari lumen glorie, clarum Dei visorem; nam hoc lumen post noctem huius vite illoceat, & inchoabit beatitudinis meridianum diem in quo anima ex Dei visione diffundat gloriam in corpus.

In hac ergo clara Dei visione est tota summa hominis felicitas, in qua totus eius appetitus satatur, & completur. D. Moyses dicitur, quod loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum Exod. 33 n. 11. & tamen omnino Deum deprecabatur, si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveni gratiam ante oculos tuos. Ibid. n. 13. Si loquebatur facie ad faciem cum Deo, quid modum petit, ut sibi adhuc facies Dei ostendatur? cur non magis quiescit in illo mirabili colloquio, sed adhuc impellitur, ut cupiat clarius videre Dei faciem? Ut dicit, si inveni gratiam in conspectu tuo, &c. Magna gratia ei concessa erat, ut ita familiariter ageret cum Deo facie ad faciem, sicut homo solet lo-

qui ad amicum suum, tamen ibi non quiescebat Moyses, nec ibi eius appetitus complebatur, sed adhuc majorem gratiam querebat, ut ut aperiam, & clarum Dei visionem appeteret qua omnino ejus desiderium esset satiatum, & adimpletum. D. August. q. 151. Ostendit Moyses, ait, quod non ita videbat Deum in illa familiaritate conspectum, ut desiderabat videre.

Ait anima sancta Cant. 3 n. 1. In lectulo meo per noctes quaesivi quem diligis anima mea. Si vero inquiri quidnam sit lectulus iste? Recte respondet Gillibert. Abbas fern on. 2. in Cant. dicens, Ille sponsa lectulus, ille dilectus; lectulus dum infirmam suscipit; dilectus dum inflammat, & incendit. Itaque ipsemet Deus erat animae lectulus & dilectus. In lectulo illo jam quasi recumbebat, eumque fidei, ac aiarum virtutum manibus tenebat, & tamen illum adhuc requirebat: quid quaeris sponsa quem iam virtute fide, ac operibus tenes? Ipse est lectulus, & locus requie tua, & quando in illo es tanquam in lectulo, cum non quiescis, cur adhuc eum quaeris? Est in eum requirebat fide ac charitate, tamen adhuc ejus praesentiam requirit, quasi quem diligit anima mea. Vehementer anima sancta Deum diligebat, & ideo quamvis in nocte huius saeculi in eo quiesceret per fidem, & charitatem tanquam in lectulo, tamen adhuc vehementi affectu ejus clarum praesentiam semper intendebat, ut ibi plenissime quiesceret, ac gauderet. Citatus Gillibert, Abbas. Sancta quaedam semper eget amor avaritia, semper enim ad secreta exasuat. & qua tenet non reputans, volubili se raptat in anteriora rotatu.

D. August.

549. Cantic 3.

Gillibert.

Semper amans ad clarum Dei visionem impellitur.

Gillibert.



CAPUT TERTIUM. ARGUMENTUM CAPITIS.

CONTINENTUR in hoc Capite tres reliquae Christi Domini epistolae, ad episcopum Sardis, & ad Episcopum Philadelphiae, & ad Episcopum Laodiceae. prima ad Episcopum Sardis, ipsius vehementer negligentiam accusat, iustis, & paucos in ejus Ecclesia laudat, ac tandem spe magnorum praemiorum excitat. In secunda Epistola Episcopum Philadelphiae multis verbis collaudat, persecutionem, ac victoriam venturam annuntiat, & multis praemis ad perseverantiam exhortatur. In tertia Epistola Laodicensi exprobrat, quod nec calidus, nec frigidus sit, sed tepidus; & suadet ei emere aurum ignitum, ut victor existens sessionem habeat in throno suo.

QUINTA DOMINI Epistola.

EXPOSITIO I.

Apo. 3. num. 1. Et Angelo Ecclesiae Sardis scribe: Haec dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas. Scio opera tua; quia nomen habes, & mortuus es.

ANGELO Ecclesiae Sardis, scribe. Episcopo nempe Ecclesiae Sardis. Qui habet septem Spiritus Dei. Haec est inscriptio huius Epistolae; per Spiritus Dei, septem nempe dona Spiritus sancti inter quae sapientia, scientia, quibus omnia ei sunt aperta, & manifesta numerantur; & septem stellas, septem nempe virtutes, quibus Episcopi maxime debent resplendere; vel septem stellas septem nempe Episcopos inter quos tu versaris: Cave ergo ne à tanto honore cadas. Scio operata tua: Scire, hoc loco non dicit a probationem, sed perfectam, & claram cognitionem. Nomen habes quod vivas: Secundum externam apparentiam vivere videris, & multa bona operari, & tamen revera mortuus es, à vita gratiae excidisti per peccatum tuum, quod maxime videtur negligentiae fuisse in suo pastoralis munere.

VERSIONES.

Syrus. n. 1. Et Angelo illi, qui est Sardibus scribe: Haec dicit ille, qui habet illos septem Spiritus Dei, & illas septem stellas.

Arabicus. Angelo vero Sardium scribe: Hoc est, quod dicit habens septem Spiritus Dei, & is in cujus manu sunt septem stellae.

Et Angelo illius in Sardis Ecclesiae haec dicit habens. Novi opera tua.

QUESTIO I.

Quanam urbs esset Sardis, & quis illius Episcopus quo agitur?

Sardis urbs. Ardus urbs Lydiae, magna, amena, ac celebris ad latus Timoli montis; olim Regia Graeci Lydorum Regis: sicut & Suda in Perside ipsius Regia erat sub verb. urbs, theatrum vitae humane: ex hac civitate fuerunt duo Diodoti insignes oratores.



3. Quid Episcopus. Lyran. Perer Alcazar. Coim. Tyrin.

Baron.

Euseb.

Erasm.

Bronch.

Tirin.

Quis autem fuerit hic Angelus, seu Episcopus Sardis, res omni d incerta, ac ignota ut tenent Lyranus, Pererius Alcazar, Cornelius, Tyrinus & alii; nam Aureolus, & Antiochus Brondus, & novissime M. Joannes de la Haye putant fuisse S. Melitonem. Verisimilitudinem hanc non habet; nam sanctus Melito vixit septuaginta annis post sanctum Joannem, ac proinde non poterat esse Sardis Episcopus, quando Joannes hac scribebat; nam ipse floruit anno Domini 172. quo anno, ut docet Baronius ex Eusebio in Chronico, pro Christianis Epistolam scripsit ad Antonium Imperatorem. Denique sancto Meliton non convenit hic quod ait Joannes. Nomen habet quod vivas, & mortuus es. Nam Eusebius lib. 4. cap. 26. Maxime eum laudat de omnibus virtutibus, doctrina, castitate, ac sanctitate, & quod Sardis requieverit: Aureolus Martyrem eum prae dicat: alii vero Pontificem & confisorem scribunt, quod est probabilis, quia de ejus Martyrio nihil habet Eusebius.

Nonnulli haec, quae hic dicuntur, adaptant Lucifero Calaritano seu improbabiliter. Quid habent haec cum Lucifero qui centis annis extitit post sanctum Joannem, & Sardis fuit, id est, ex insula Sardina; non vero Episcopus civitatis illius, quae est in Asia? Et licet fuerit Episcopus, Calaris Episcopus fuit, non Sardis. Non enim audendus est Erasmus in notis ad Dialogum S. Hieronimi contra Luciferianos; nam Lucifer fuit egregie Catholicus, & cum sanctis Athanasio & Hilario pugnavit contra Arianos. Aliquando tamen ex nimio, & imprudenti zelo schisma fecit contendebat enim Episcopus Arianos poenitentes, ac reconciliatos non esse ab Ecclesia recipendos, tamen ab hoc errore se retractavit ut tradit Rufinus, & ex eo Baronius, & nervose probat Bronchus ad cap. 2. Apocal. dif. 11. quae 2. praecipue, quia S. Hieron. Nazianzen. Hilar. & alii Patres cum Beato nominant, magnisque laudibus celebrant, & Sardis ipse testatur, eum ut sanctum venerantur, cujus etiam Basilicam extare dicitur prope Calarim.

Alii tandem contendunt, ut testatur Tyrinus, quod iste Episcopus dictus esset Zoimus, quia & interpretatur vivus, quia Christus de eo hic ait, Nomen habet quod vivas, & mortuus es. Sed nomen hic vulgi opinionem, seu famam significat, quae de hoc Episcopo circum ferebatur.

QUESTIO II

Quare, in inscriptione hujus Epistolae ponitur, Hae dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas?

6. Varias ac diversa ponuntur in titulo uniuscujusque Epistolae, ut vidimus superiori cap. & videbimus in sequentibus duabus Epistolis. Hinc Episcopo Sardis scribitur. Hae dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas. Cur talis est inscriptio?

Respondet primò Richardus Victorinus, Tu ait, qui te coram hominibus per hypocrisim bonum facis, sed in occulto, ne committendo malum existis, audis septem Spiritus Dei habere, animadvertite me per meam sapientiam, non solum opera, sed & cogitationes spiritualiter penetrando videre. Ad quid in hac Epistola dicitur Episcopo Sardis (Ait Christus, quod ipse habeat septem dona Spiritus Dei) cum hoc sit va de notum ex Isaia 11. n. 2. quod requiescet super eum Spiritus intellectus, scientiae, ac sapientiae. Hic Episcopus, est exterius virtutum, ac bonorum operum simulatione apparebat, interius vero sine ulla virtute, virtutum spurcitia erat plenus; ideo huic Episcopo scribitur, haec dicit, qui habet septem Spiritus Dei: inter quae sunt scientia, intellectus, & sapientia, quibus omnia rimatur & penetrat Christus, ut ita Episcopus hac audiens ab hypocritis ac simulata sanctitate desistat, audiens, & sciens quod Deus omnium habet perfectam cognitionem; & maxime debet cohibere licentiam ad peccandum; si homo cogitet, quod Deus omnia intuetur, & cor ejus penetrat.

Secundò, Pannon. Hos Spiritus, ait, ideo se habere dicit, quia in Sardis erant, qui Spiritus Dei carebant, homines vanissimi, futiles, & nobiles quos parum tangebatur cura Spiritus: quos oportebat recognoscere Spiritus hos quam necessarios ad salutem, quod sine his non consistit cuiquam salus, nec honor coram Deo, simulque quam inferrimum esse sine his degere, sine quibus nequidem putatur anima vivere. Haec Epistola non solum scribitur Episcopo Sardensi, sed etiam his, qui in ejus Ecclesia erant, de quibus etiam dicitur: Scio opera tua, quod nomen habes, quod vivas, & mortuus es; ideo introducit eis loquens, qui habet septem Spiritus, per quos intelliguntur dona Divini Spiritus, quibus Sardicenses cum suo spiritu carerent, ideo inter mortuos numerabantur: obijciuntur: ergo eis dona divini Spiritus, ut ad illa comparanda excitentur, ut ita vitam amissam valeant recuperare.

Tertio: Richardus Victorinus Dum audit me habere septem stellas; intelligit me ad te, & mihi similes Episcopos puniendos, maxime petentem esse, si deliquerint. Ait Christus in praesenti quod habeant septem Spiritus Dei, id est, septem dona Spiritus Sancti: septemque stellas, id est, omnes stellas, ut omnium creator eas habet de se ait, quod habet dona Spiritus sancti ut se indicet omniscientem; & quod simul sub sua potestate habeat stellas, ut ostendat suam omnipotentiam. His Dominus Episcopo declarat, quod ipse bene agnoscit ejus hypocrisim, quae severa punitione ejus omnipotentiam non effugiet, ut ita Episcopus si non timet Dei scientiam, timeat ejus omnipotentiam.

Quarto, cum septem spiritibus, ac stellis apparet Christus huic Episcopo, & non potius cum triumphata acuta, ad eum tanquam mortuum severe puniendum. Hic Episcopus videtur, quod abjecerit curam sui gregis, & quod summa negligentia laboraverit. Hinc ait Alcazarus, quod septem spiritibus, ac stellis ei venit; quia per hos septem Spiritus denotantur septem virtutes Episcopis maxime necessariae, nempe beneficentia, aequitas, sapientia, patientia, fortitudo, comminatio, & severitas.

Richard.

Isai. 11.

Hypocrita non fallit Deum, qui omnia interiora agnoscit.

8. Pannon.

Qui donis Spiritus sancti caret mortuus.

9. Richard.

Delinquens non effugit Dei cognitionem, ac punitionem.

10.

Prælati respiciant ad Christum, ut ad speculum agnoscant suum agendum.

11. Corn.

Ex sua dignitate excutatur homo ad suum locum tenendum.

12. Ad veram intelligentiam aliqua notanda.

13. Exemplo stellarum arguitur Episcopus.

Prov. 6. Arabic.

patientia, fortitudo, comminatio, & severitas. Ecce cur Christus scribens huic Episcopo, ei dicit se septem spiritus habere, quasi eum admonens, respice me tanquam nitidum speculum, & agnosce quibus virtutibus fulgere debeas, ut recte officio tuo fungaris, ut ita se totum ad Christi veri Pastoris exemplum conformet.

Quintò, Cornelius per septem spiritus intelligit Angelos Ecclesiae rectores, de quibus dictum est cap. 1. num. 4. per stellas vero Episcopos; ac si ei dicitur, O Episcopo Sardensis verlaris inter sanctos Angelos, & Episcopos, pudeat ergo te unum non sancte vivere, pudeat te officium Episcopale, in quo alii aut fervent aut diligentissimi sunt, negligere; pudeat te degere in morte animae, qui alio vivificare debuere: & ita ei obicitur quanta, & qualis sit sua dignitas, ut ad eam recuperandam maxime animum intenda.

Sextò, Dico quod sentio, per septem spiritus intelligo cum Richardo de Sancto Victore, Pannonio, septem dona Spiritus sancti; non enim hic dicitur solum spiritus, ut c. 1. n. 4. sed Spiritus Dei. Et go aliquid altius hic denotatur, per septem stellas intelligas omnes stellas, quae maxime vigilantiam, ac diligentiam indicant. Job. 38. n. Cum me laudaverit astra matutina. Nam stella non sunt aliquid fugatum ac flacidum, sed vivax & efficax, quae noctu maxime se demonstrant, & docent homines vigilantium.

Veniebat Dominus, ut argueret hunc Episcopum Sardensem, praecipue de duabus defectibus, ut dicam quæst. primò de hypocritis ideo ei dicitur, nomen habes, quod vivas, & mortuus es. Secundò etiam de negligentia, ideo ei dicitur, Est vigilans, & confirmata cætera. Ait ergo ei Christus, quod habet septem dona Spiritus sancti, ut arguat Episcopum, quod si sua hypocritis homine falleret, ipsum non falleret per sapientiam, scientiam, & intellectum omnia scit & penetrat, eique obicit stellas, ut arguat Episcopi negligentiam, earumque exemplo torporem excludat, seque maxime excitet ac exhortetur ad ea, quae spectant ad Dei gloriam, ac suorum utilitatem, & bonum; ita ut somnum excutiat, & super gregem suum invigilet. Sic deinde formicam obicit Sapiens Proverb. 6. n. 6. Vade ad formicam, o piger, & considera vias ejus, & discite sapientiam. Arabicus. O impotens vade ad formicam, & cum propeveream, assimulare viis illius.

Moyse apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non comburetur. Exod. 3. num. 2. Taliter se Dominus flammantem, & innocuum ostendit, ut ne quid detrahat flammatarum veritati, nec vel ulli rubo inferat damnum. Et cur adeo flammans & innocuus se se in praesenti ostendit: Veniebat Dominus ut Moysen principem, ac ducem constitueret, & obiecto flammatarum exemplo principem docet, veri Principis mores, quibus inter potentiae & severitatis flammam debet maxime cavere, ne vel minimo homuncioni inferat damnum; & ideo ipse vere Princeps, & Dominus ostenditur, & flammans & innocuus, ut ne lædat vilissimæ stirpis raram D. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 15. In rubo flamma, & flamma non nocet, urebitur

enim rubus, & non exurebatur, eò quod illo mysterio Dominus figuraret; quia illuminaturus adveniret. Illo flammatarum mysterio nos illuminabat docens, quod Princeps fulgeat, ac illuminet, non tamen cum damno, ac perditione alicujus.

Perdoctè ait Tertullian. lib. de Resurrect. Carnis. Reducuntur, & stellarum globi, reducuntur & siderum absentia, quae temporibus distinctio exemerat. Redornantur & specula Luna, quae mensuratos numero amoverat. Redoluntur hymnes, & stipes, verna, & autumnæ. Quippe etiam terra de caelo disciplina est, arbores vestire post spolia; flores denno colorare. Dicitur Gen. 1. n. 1. In principio creavit Deus caelum, & terram. Terra à caelo, ac stellis participat disciplinam. In multis videtur caelum in creatione fuisse terrae praepositum, in aliquo saltem excelestia prioris essendi initium. Quid inde: omnes celestium vicissitudines terra avidissime amulatur. Caelum semel, & iterum recendit, Luna defectus reficit, & tenebrarum luminumque facit vices similem disciplinam imitata est terra, ut post spolia, ac nudationem, arbores vestiat, & flores denno colorat, vicelque temporum sustineat. Terra ac caelo disciplina est, ut à caelo, stellis, ac Luna hauriat terra disciplinam, quam imitetur, ac sequatur.

QUESTIO III.

Quare Dominus in his Epistolis ad hos, Episcopus frequenter repetit, quod ipse est, qui tenet septem stellas in manu?

Apparet Dominus Joanni Apostolo Principi, ac rimati omnium Ecclesiarum Asiae, & se ostendat cum septem stellis in dextera sua, cap. 1. num. 16. scribit Episcopo Ephesino in fronte omnium Epistolarum, & statim in ejus exordio ait: Hae dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua. Apocal. 2. num. 1. Sic etiam in hac Epistola Angelo, seu Episcopo Sardensi. Hae dicit, qui habet septem stellas. Cur ergo Dominus cum loquitur cum capite Ecclesiarum Asiae, ac cum ejus Episcopis se cum septem stellis ostendat tam frequenter.

Respondeo quòd septem stellae significant omnes stellas ac splendores; nam frequenter in Scriptura numerus septenarius universitatem significat, sic cum ait Dominus in hac Apocalypsi, c. 1. n. 1. Scribe, & mitte septem Ecclesiis, id est, omnibus Ecclesiis, ut eodem cap. 1. q. 44. num. 322. notavi ex communi sententia; nam septenario dierum numero tota hebdomada, quae universitatem denotat, concluditur: Septem ergo stellae in Domini manu, significant omnes stellas, ac luces.

Sic ergo Dominus Joanni se exhibet hac Apocalypsi cap. 1. à num. 13. ut sua forma, ac habitu cunctos Episcopos admoneret, qualiter se debebant gerere. Ideo in capite capilli erant candidi, ut significarent maturam prudentiam; Oculi tanquam flamma ignis, vigilantiam indicabant; facies resplendens ut sol, exempli notorem

15. Tertull.

Genes. 2.

Terra à caelo, ac stellis participat disciplinam.

16. Difficillimum quæstionis. Apoc. 1.

Apoc. 2.

Apoc. 1.

17.

18.